Alij autem in talibus corpori ſimilem habenti corpus & animā ſimilem putabant. Alij autem quidam hoc quidem faciebāt, non ex omnibus autem animalibus experiebantur, ſed diſtinguebant ex ipſo genere hominum ſecundum gentes, quæcunque differunt ſecundum viſus, & mores: vt Ægyptij, & Thraces, & Scythæ. Similiter electionem ſignorum faciebant. Quidam autem ex moribus apparentibus, quales mores diſpoſitionem ſequantur. Sequitur autem vnicuique mos, iracundo, timido, coeunti, & in vnaquaque aliorum paſſionum. Eſt autem ſecundum omnes modos hoc phyſiognomizare. Et adhuc ſecundum alios, & electionem ſignorum diſſimiliter fieri. Hi quidem igitur iuxta mores ſolum phyſiognomizant: primum quidem quòd quidam non iidem cùm ſint, mores, qui ſunt in facie, eoſdem habēt, vt fortis, & inuerecundus eoſdem habent, animabus vel intellectibus multum ſeparantur. Secundò autem, quòd ſecundum quædam tempora, mores non eoſdem, ſed aliorum habent: triſtibus enim exiſtentibus, quandoque contingit diem delectabiliter ducere, & morem accipere, qui eſt hilaris: & econtrario hilarem cōtriſtari, vt mos, qui erat in facie permutetur: Adhuc cum his, de paucis vtique ſemper apparentibus coniecturam quis accipiat. Qui autem ex feris phyſiognomizāt, non rectè electionem ſignorum faciunt: non enim eſt vtique dicere percurrentem formam vniuſcuiuſque animalium, quod quicunque vni ſimilis huic corpore erit, & anima ſimilis erit. Primùm enim, vt ſimpliciter dicam, nullus vtique videbit hominem ita ſimilem beſtiæ, ſed aſſimilantem in aliquo. Adhuc autem cum his, animalia pauca quædam propria habent ſigna, multa verò communia. Quare ſiquis ſimilis fuerit non ſecundum proprium, ſed ſecundum commune aliquid, quo pacto magis iſte leoni quàm ceruo ſimilior dicetur? Meritò enim propria ſigna proprium quid ſignificare, communia autem commune. Communia ergo ſigna nihil vtique manifeſtabunt phyſiognomizanti. Si autem aliquis propria vniuſcuiuſque ferarum elegerit, non vtique habebit aſſignare cuius ſunt hæc ſigna. Meritò enim proprij, proprium. Nihil autem proprium animalium phyſiognomonizatorum, in anima habebit vtique aliquis accipere: neque enim forte ſolū leo eſt, ſed alia multa: neque timidū lepus, ſed & alia infinita.

A οἱ δ' ἐπὶ τῶν τοιούτων σῶμά τι, εἶτα τὸν ὅμοιον τῷ τὸ σῶμα ἔχοντι, καὶ τὴν ψυχὴν ὁμοίαν ὑπελάμβανον. ἄλλοι δέ τινες τοῦτο μὲν ἐποίουν, οὐκ ἐξ ἁπάντων δὲ τῶν ζῴων ἐδοκίμαζον. ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους, διελόμενοι κατὰ τὰ ἔθνη, ὅσα διέφερε τὰς ὄψεις, καὶ τὰ ἤθη, οἷον Αἰγύπτιοι, καὶ Θρᾷκες, καὶ Σκύθαι, ὁμοίως τὴν ἐκλογὴν τῶν σημείων ἐποιοῦντο. οἱ δέ τινες ἐκ τῶν ἐπιφαι-
B νομένων ἠθῶν, οἵᾳ διαθέσει ἕπεται ἕκαστον ἦθος, τῷ ὀργιζομένῳ, τῷ φοβουμένῳ, τῷ ἀφροδισιάζοντι, καὶ τῶν ἄλλων δὴ παθημάτων ἑκάστῳ. ἔστι δὲ κατὰ πάντας τούτους τοὺς τρόπους φυσιογνωμονεῖν. καὶ ἔτι κατ' ἄλλους, καὶ τὴν ἐκλογὴν τῶν σημείων ἀνομοίως ποιεῖσθαι. οἱ μὲν οὖν κατὰ τὰ ἤθη μόνον φυσιογνωμονοῦντες ἁμαρτάνουσιν ἄν, πρῶτον μὲν, ὅτι ἔνιοι οὐχ οἱ αὐτοὶ ὄντες, τὰ ἐπὶ τῶν προ-
C σώπων ἤθη τὰ αὐτὰ ἔχουσιν, οἷον ὅ,τε ἀνδρεῖος καὶ ὁ ἀναιδὴς τὰ αὐτὰ ἔχουσι, ταῖς διανοίαις πολὺ κεχωρισμένοι. δεύτερον δὲ, ὅτι κατὰ χρόνους τινὰς τὰ ἤθη οὐ τὰ αὐτὰ, ἀλλὰ ἕτερα ἔχουσι. δυσθύμοις τε γὰρ οὖσιν, ἐνίοτε συνέβη τὴν ἡμέραν ἡδέως διαγαγεῖν, καὶ τὸ ἦθος λαβεῖν τὸ τοῦ εὐθύμου· καὶ τοὐναντίον εὔθυμον λυπηθῆναι, ὥστε τὸ ἦθος τὸ ἐπὶ τοῦ προσώπου μεταβαλεῖν. ἔτι πρὸς τούτοις περὶ ὀλίγων ἄν τις τοῖς ἐπιφαινομένοις τεκμαίροιτο.
D οἱ δὲ ἐκ τῶν θηρίων φυσιογνωμονοῦντες, οὐκ ὀρθῶς τὴν ἐκλογὴν τῶν σημείων ποιοῦνται. οὐ γὰρ δὴ ἑκάστου τῶν ζῴων τὴν ἰδέαν διεξελθόντα ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι ὃς ἂν ὅμοιος τούτῳ τὸ σῶμα ᾖ, καὶ τὴν ψυχὴν ὅμοιος ἔσται· πρῶτον μὲν γὰρ (ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν οὕτως) ὅμοιον θηρίῳ ἄνθρωπον οὐδεὶς ἂν εὕροι, ἀλλὰ προσεοικότα μέν τι. ἔτι πρὸς τούτοις τὰ ζῷα
E ὀλίγα μὲν τὰ ἴδια ἔχει σημεῖα, πολλὰ δὲ τὰ κοινά. ὥστε ἐπειδὰν ὅμοιός τις ᾖ μὴ κατὰ τὸ ἴδιον, ἀλλὰ κατὰ τὸ κοινὸν, τί μᾶλλον τοῦτο λέοντι ἢ ἐλάφῳ ὁμοιότερος; εἰκὸς γὰρ τὰ μὲν ἴδια τῶν σημείων, ἴδιόν τι σημαίνειν· τὰ δὲ κοινὰ, κοινόν. τὰ μὲν οὖν κοινὰ τῶν σημείων, οὐδὲν ἂν διασαφηθείη τῷ φυσιογνωμονοῦντι. εἰ δέ τις τὰ ἴδια ἑκάστου τῶν θηρίων ἐκ-
F λέξειεν, οὐκ ἂν ἔχοι ἀποδοῦναι οὗ ἐστι ταῦτα σημεῖα. εἰκὸς γὰρ τοῦ ἰδίου ἴδιον δ' οὐδενὸς οὐδὲν τῶν ζῴων τῶν φυσιογνωμονουμένων, ἔν γε τῇ διανοίᾳ ἔχοι ἄν τις λαβεῖν. οὔτε γὰρ ἀνδρεῖον μόνον ὁ λέων ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ ἄλλα πολλά. οὔτε δειλὸν ὁ λαγωὸς, ἀλλὰ καὶ ἄλλα μυρία.